



Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Digressio XI. De Voto, seu observatione voluntariæ paupertatis in re, sive in spiritu: & vitij proprietatis, avaritiæ, superfluitatis, ac prodigalitatis, ipsi contrarijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

deinceps cum divinâ gratiâ præcave-
 ne contra Deum, aut conscientiam
 am, proposita & Vota mea, quod
 injustè ambiam, vel inordinate
 tam, aut ut proprium possideam,
 superfluis inhiem: futurus per
 Prov. 30. contentus, si bonus Deus tantum
 meo tribuerit necessaria.

 DIGRESSIO XI

*De Voto, seu observatione Voti
 taria paupertatis in re, sive in
 ritu: & Vitijs Proprietatis, Avaritiæ
 Superfluitatis, ac Prodigalitati
 contrarijs.*

THEOPHOBUS

(1.)

Satis spatiosus & amplus hodie
 sionum campus aperitur, ad pau-
 tatis Religiosæ quoad temporalium
 dicationem; ad Ecclesiasticæ, quoad
 ordinati affectûs ad illa mortificationem
 & tertio quoad spiritualis paupertatis
 quæ est contritio spiritûs alta sapientia
 discutiendas essentias & præstantias
 de verò ad exterminanda vitia illius

posita. De hac tertia sermo erit à prandio; nunc ad priores. Tres sunt in hac Ecclesiæ militantis Hierarchiâ Deo ex speciali Voto famulantium status, quos Evangelicæ & Apostolicæ paupertatis amulatores esse oportet. Prior antiquitate, est status Religiosorum, qui illud Iobi animo revolvētes: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc*, statuerunt etiam in hoc intermedio itinere, vitam omnibus bonorum temporalium impedimentis exutam ducere. Alter est præcellentior dignitate, videlicet Clericorum & Ministrorum Ecclesiæ, in Canonicatibus & Parochijs, qui pariter in primitiva Ecclesia Voto specialiter ad Apostolicæ paupertatis leges se obligabant, nihil proprij possidentes. Tertius est Canonicorum Regularium Sancti Augustini, qui Religiosos inter & Clericos sæculares intermedij, de utriusque prædictorum perfectionibus participant, Monachis autem in hoc præcedentes, quòd illi ex suo instituto non teneantur esse Clerici, isti autem immediati Apostolorum Successores Clericorum seu Regularium Canonicorum munere in Ecclesijs, unà cum vitâ contemplativâ, purè Religiosis communi, fungantur; qui eandem cum istis paupertatem profitentur.

Tres status pauperum Evangelicor.

Iob. 1. 21.

Clerici olim ad Votum paupertatis obligati.

Canonici Regular. S. August.

Pauperum
Evangelic.
gloria.

II. Horum omnium respectu
voluntariè pauperum gloria floret
contemptu, honor in abdicatione,
limitas in conculcatione, divitiarum
cumulatio in dispersione, lucrû in
sione, usura in scenerandò Domino,
sus centuplicatus in cœlo, hæreditas
paradyso, patrimoniû in ipsâ Divinitate.

Felicitas
Deum ha-
bere pro
possessio-
ne.

Quid felicitius? quid gloriosius? quam
habere in delicijs, delicias non amare,
summis divitijs reputare, à divitijs
possideri, nec eas possidere, de
nec teruncium habere, sed supra
dum eminentiorem existere, pro
regnum Dei inopiâ laborare, & pro
inopiam regnare cum Deo. Eligant
alij, inquit præfatus illuminatus

S. Aug. in
Psal. 15.

Ecclesiæ Doctor: Eligant partes, quibus
antur, terrenas, & temporales, portio
etorum Dominus Deus aternus est:

S. Isidor.
l. 2. de off.
c. 1.

alij mortiferas voluptates, pars calidior
Dominus est: & S. Hispalensis Ant.
Qui Deum hæreditate possident, ab
impedimento sæculi, Deo servire studium
pauperes spiritu esse contendunt, ut
illud Psalmistæ dicere possint; Dominus
hæreditatis meæ.

III. PHILOTH: Ostendit
fuêre non dudum ab aliquo familiaris
mo mecum, Seraphici Ordinis
ex Chronicis Wadingi, hæc
Paupertatis encomia, à S. Fran.

suis FF. sapientius inculcata : Hæc est illa
 cellitudo altissimæ paupertatis, quæ vos
 charissimos, hæredes, & REGES REG-
 NI cælorum instituit, pauperes rebus
 fecit, virtutibus sublimavit. Hæc est
 virtus, quæ animam adhuc in terris po-
 sitam facit in cælis cum Angelis con-
 versari. Hæc est, quæ dotem agilitatis,
 super cælos volandi, animabus ipsam
 amantibus etiam in hac vita concedit,
 cum veræ humilitatis & charitatis alas se
 amantibus impertiat. Hanc scitote, Fra-
 tres, specialem esse viam salutis, humilita-
 tis fomentum, perfectionis radicem, cujus
 fructus multiplex, sed occultus: est enim
 Evangelici agri thesaurus absconditus,
 &c. Hæc ille incarnatus Seraphinus.

VVā:
 ding. in
 Annal.
 Min. ad
 annum
 1210. n.
 50.
 S. Francisci
 e logia de
 paupert.

MONOPH. Memini & ego,
 quod legerim aliquando, eundem ob-
 servantissimum Paupertatis Evangelicæ
 cultorem in omnibus pœnè sermonibus
 ad suos habitis, eandem tanto spiritûs
 fervore deprædicasse, ut e facie ejus ig-
 nis emicare videretur; eandem nunc
 matrem, nunc sponsam suam, modò
 Dominam & Reginam appellando, quia in
 Regem Regum, & Regina Matre eius tam præ-
 stanter effulset.

S. Bonav.
 in Vit.

THEOPH. Scire desideratis,
 quanto splendore perfectionis hæc vir-
 tus in Cæli Dominam effulserit? Audite
 ipsam

B. Virgo
paupertatis
cultrix.

ipsam suæ dilectæ Brigittæ sic de se
lare dignatam. *Omnia, quæ habere potu-
di indigentibus, nihilque nisi victum
& vestitum reservavi. Nulla mihi, ni-
us, placuerunt. Ego semper optavi, ut
rem ad tempus nativitatis ejus, si forte
mererer ancilla indigna Matris Dei, fieret
etiam in corde meo, si esset ei acceptabile
vare virginitatem, NIHIL VNQVAM
POSSIDERE IN MVNDO. Si
aliter vellet Deus, fieret voluntas
non mea. Ecce vobis absolutissimi
fectionis & statûs vestri ideam in
ne Matre, quæ Voto castitatis
lis emissio, conformem divinæ volun-
ti Obedientiam professa, tam
Paupertatis Votum adjunxit, ut
proprietate abdicatâ, ab omni
(quod principalius est) affectu ad
terrenas alienissima, omnem
superfluitatem, victu & amictu
contenta, nec fortunarum, nec
ris, sed nec propriæ suæ voluntatis
vitæ commoda sibi reservavit.*

Religiosi
propriarij

IV. Hic jam ad Monophilos
fermo dirigitur, cum magnâ animi
passione, si qui inter eos reperiri
juratæ paupertatis parum memores
vel proprietatis, vel superfluitatis
splendoris alicujus sæcularis plus
studiosi, de quibus. Trithemius

vobis, ait, qui votum vestrum infrin-
 gitis, & iram Dei contra vos provoca-
 tis, quoniam levius habebunt fures, &
 meretrices in die Domini, quam vos, si
 morientes in proprietatis nequissimo vi-
 tio fueritis deprehensi. Non enim sim-
 plex vitium in Monacho censetur pro-
 prietas, ubi multa in unum crimina
 concurrunt; pactum cum Deo intum
 frangitur, votum solemne violatur, cha-
 ritas fraternæ unitatis spernitur, furtum
 committitur, sacrilegium perpetratur,
 dicente Augustino: Si aliquis rem sibi
 collatam celaverit, furti iudicio con-
 demnetur. Veruntamen observate SS.
 Patrum contra detestandam propieta-
 tem tonitrua, atque statuta. Si quid Pe-
 culiare, aut aliquid inventum in aliquo
 fuerit, grandi eum Abbas, & diuturnâ
 excommunicatione condemnet. San-
 ctus verò Columbanus Abbas: Operis
 PECULIARIS præsumptio centum plagis
 emendetur. Gravia quidem, sed leviora
 sunt Canonum decreta. Si proprietatem
 aliquam habere deprehensus quis fuerit, regu-
 lari monitione præmissâ, de monasterio ex-
 pellatur. Et rursus. Si proprietates apud
 quemquam in morte reperta fuerit, ipsa
 cum eo in signum perditionis, extra mona-
 sterium in sterquiliniū subterretur: secundum
 quod Beatus Gregorius Papa fecisse legitur.

*S. Aug. rei-
 gul. c. 29.
 Pœnæ con-
 tra proprie-
 tarios.
 Magist.
 in Reg.
 S. Columb.
 l. de quor.
 pœnitentijs
 Monach.
 In Decre-
 tal. Can.
 Cùm ad
 Monaste-
 rium.
 S. Greg.
 l. 4. Dia.
 log. c. 55.*

R Ne

Proprietas
Regular.
indispensa-
bilis.
cii. Can.
Cum ad
Monast.
Trith.
loc. cit.

Proprieta-
rius in Per-
quilino se-
peliend.
Can. Mo-
nachi. de-
statu Mo-
nachali.

Religiosus
Ord. Min.
proprieta-
deditus.

Ne verò quisquam seipsum præfati-
licentiæ excusatione seducat, sta-
stitutum est. *Nec æstimet Abbas, quilibet*
habenda proprietate possit cum aliquo
*nacho dispensare, quia abdicatio prop-
tis, sicut & custodia Castitatis admodum*
est regulæ Monachali, ut contra eam
mus Pontifex possit licentiam indulgere.
his omnibus supra memoratus Trithemius
mius duo corollaria ponit. Primum: *Patet*
Omnia vitia Monachorum levi quæ
miseratione puniuntur; sola propter
est, quæ reum à communione Sacra-
rum tanquam mendacem Spiritum
esto eliminat. Vnde præcipitur ut
Monasterio proijci, tanquam leprosus
& mortuus extra Cænobium in
linio sepeliri. Alterum: Carcerum
tiorum pœnitentiæ post mortem
deficiunt, hoc proprietatis vitium
solum in hac vita strictissime cor-
tur, sed etiam in morte, & post mortem
terribili animadversione puniuntur.

V. En lamentabile exemplum
provincia Siciliæ Fr. quidam Ordinis
nor. multis successivè perfunctus
cijs, existimando eapropter libenter
plura corradere ad omnem futurum
commoditatis eventum, pecunie
esculentis, vestitibus, strophis
bris, utensilibus, & cujuscumque

reculis accumulandis deditus fuerat. Is
ubi mortem oppetit, & aliqui de Fra-
tribus noctu ad Ecclesiam se contulerant
locum pro sepulturâ corporis inquisitu-
ri, ecce istis spectantibus, apparent Di-
vi Cœlites Franciscus, Ludovicus & An-
tonius, cum faculis accensis, ad locum
miserandi cadaveris accedentes, ubi se-
verâ voce interrogans S. Franciscus,
quis es tu mortue, mortuo respondente:
Ego sum Frater Ordinis Minorum, mi Sancte
Pater: replicavit Seraphicus: Noli me Pa-
trem tuum appellare scelestè, quia nunquam
te filium meum demonstrâsti, maledicte à Deo,
Vota paupertatis, obedientiæ & castitatis ju-
rata impiè violando: & SS. Regulas te-
merè transgrediendo. Et converso ad
ceteros Sanctos vultu, quid faciemus
(ait S. Pater) cum isto nefario statuto-
ram prævaricatore? illis dicentibus, ecce
in mânu vestra fors ejus est, illicò Fran-
ciscus putido cadaveri, & capiti scelera-
to cappam habitûs Sacri abstraxit, & cum
allatis è cella omnibus præinsinuatibus
rebus (ad sensuales commoditates asser-
vatis) maledictum corpus, simulque
omnia injecta in flammâs & cineres re-
degerunt, prout præacti Fratres præ-
sentes spectaculo, & nimio terrore per-
culsi, cum accurrente P. Guardia-

R 2

no,

Mortuus
non agnos-
citur a S.
Franc.

Cum om-
nibus suis
rebus à San-
cto concre-
matur.

no, nec in cella, nec alibi quidem
cadavere, aut rebus prædictis præ-
neres repererunt.

Dubium
circa pro-
prietatem.

VI. MONOPH. Tremenda
sus, & omnibus Religiosis in studio
cautelam formidabilis, sed eò
anxietate perplexus reddor, eò
ignorem, quis talis proprietarius
censendus sit, nunquid enim tanta
minibus dignus existat, qui aliquam
vel accipit, retinet, occultat, vel
alio permutat, non interrogatis
inscijs Superioribus? Quis præter
tam inurbanè, pro accipienda, vel
da litterula, sive munusculo tenentis
& exili, auribus illorum toties
tunus esse? Quis pro oblato ab
nummo, aut aliquo potùs vini
lenti, obsonij, condimenti que
tam scrupulosus sit? An ergo pro
lis minutijs, & pro quavis, sic dicta
guncula sunt molestandi? aut si hoc
fiat, num propterea proprietarius,
que gravissimarum comminationum
reus ero?

VII. THEOPH. Nolo equè
hïc scholasticè ventilare, quod for-
jus, aut instituti nostri non est, de
aut pœnis proprietatis in Religiosis
num prædicta omnia, in parva
materiæ quantitate, de qua inter-

procedant ; qualisve requiratur Superioris licentia , expressa , an tacita , seu prudenter quoque praesumpta : sufficiat enim dixisse , in dando , vel accipiendo , multo vero magis in tenendo , vel possidendo absque ulla licentia , ad committendum proprietatis leve , aut grave peccatum ex quantitate materiae , eandem esse cum furto , aut sacrilegio proportionem . Caterum , ut audio ex temetipso , necdum Minimorum curam didicisse probaris , dum denuo antiquam illam crambem repetis : *Quid hoc ? quid illud leve ?* At cur amabo , rursus in disputationem , vel dubium trahis illa , quae sanctissimus tuus Legifer conceptissimis verbis expressit : *Ne quis praesumat aliquid dare , aut accipere , sine iussione Abbatis , neque aliquid habere proprium ?* Et ; quasi haec dixisse non sufficeret , vehementius inculcavit nullam omnino rem . Neve parum , & parva pro nihilo reputandi daretur occasio , addit specificando : *Neque codicem , neque tabulas , neque graphium , nec quidquam : sed nihil omnino : quippe quibus nec corpora sua , nec voluntates licet habere in propria potestate .* Ex quo deducitur , tam parum licere proprietatis contra Pauperatam , quam parum corpore suo contra Castitatem , ac voluntate sua contra Obedientiam abuti ; videlicet ,

Peccati proprietas gravitas regulatur a quantitate materiae .

Regul. e. 33. Nec minimum quid proprii conceditur a S. P. Bened. loco cit.

Peccata contra castitatem & pauperatam pari passu ambulat .

R 3 nihil

nihil omnino. Quid clarius? Num quidem
 go jam audeat excipere aliquid, nisi
 tam frequens negationis inculcatio.

S. Bern.

Species pro
 prietas.

VIII. Porro nequissimi homines
 species aliæ quoque enumerantur
 mentalis rei cuiuspiam non necesse

Heffen.

disquis.

monast. tr.

7. diq. 2.

Trith. loc.

cit. Cassi.

an. l. 4. c.

16. Regul.

Isidor.

concupiscentia: importuna, & in
 rei alicujus à Superioris e suo extor
 affectus, atque possessio rerum
 suarum, quæ à cæteris Fratribus
 habentur: extraordinaria, atque
 va cibi, vel potûs sumptio: rei
 cuiusdam QVANTVLVSCV
 amor: & si quis rem sibi collatam
 permissam celaverit, aut Superioris
 um latere desiderat, proprietatis

Res Mo-

nasterij for-

didè tracta-

ctare, qua-

le pecca-

tum.

um in pectore clausum portat. Por
 mō quicumque res Monasterij ad
 vestitum, usum, sibi concessas, pro
 bitu suo sine cura, sine sollicitudine
 & nitore, negligenter, sordide, &
 tractat, deliberatè maculando, lacerando
 frangendo, prodigendo, ac dissipando
 (cùm omnia velut altaris vasa sacra

Trith. tr.

de 1. Re-

gione clau-

stratum

a, 6. n. 2.

res Deo dicatæ custodiri, & tractari
 debeant) in Regulam sicut proprietatis
 infidelis, falsarius, & sacrilegus pro
 dignoscitur.

IX. Nunc restat, ut proprietatis
 pugnata, alterum paupertatis
 aggrediamur, quæ est superflua

quâ materiâ nolim equidem tam rigidum censorem agere, ut omnia quandoque in recreationibus, in victu, & amictu à Superiorum discretione concessa, indulta, vel data, pensatis Religionis, ætatis, personæ, temporis, officij, laborumve circumstantijs, & secundum modum Congregationis, & positionem loci solaria, inter superflua, & amputanda referre intendam, sed illorum (sicubi reperirentur) planè irreligiosam præsumptionem meritâ correptione perstringere, qui, cum victum, & tegumentum in claustro recipiunt, qualia nec in sæculo foris habere poterant, erigentes cervicem, unde solent in mundo divites contentari, inde ipsi murmurandi sumunt occasionem. Quibus sanè timendum, ne Sanctissimi Ordinis eorum Protoparentes omnis semper rerum omnium tenuitatis studiosissimi, si quem inter suos Religiosos deliciarum, vel superfluitatum sectatorè agnoverint, sub austero aliquando vultu & voce ita sint reprehensuri: Quid hoc audio, fili mi, quòd in domo paupertatis, in claustro penitentiae ultrà constitutam tibi à me sufficientem annonam, plus semper, cibi, potûs, vestitûs, somni, & recreationum appetas? delicatiora conquiras,

R 4

com-

Solaria indulta Regularibus: Reg. c. 35.

Interpretatio Sancti Fundatoris contra ambientes superflua.

commodiora ambias? Recordare quid ad sacrum meum Ordinem utique non eâ intentione, aut peti- ut post sacram Professionem & sanctâ paupertatis Votum paulatim-
 piâs delicatulum agere, gulam ex orexi tuorum appetituum infero quia hâc tuâ intentione perversa & capitulum, & confratres tuos me decepisses.

MONOPH. Beatissime Pat- tentio & petitio & mea pura, simp- recta fuit, in hunc Ordinem per specialem gratiam ingrediendi, ut- nibus vilitate & tenuitate cõtent- meosque sensuales & animales mortificem. Veruntamen etiam Regula vberiora indulgent solatia Religiosi iisdem indiget infir-
 ætas, vel complexio, aut labores defatigationes siue animi, siue maiores incumbant: quò natura maximè etiam in floridâ ætate terantur, & laboribus reddatur inhabi-

Excusatio
 palliata su-
 perflua ap-
 petentium.

X. THEOPH. Non impro- (respondet tuus Patriarcha) adducta- tiones, non solatia, & quacunque- perioribus concessa, uti No. præ- te dictū, sed is reprehensione mea dignus est, qui vel Ordinis mei leges paupertate fundatas pervertendo,

pioſa gulæ commenta, & adinventiones
 neceſſitatis centone palliat, vel qui cōcef-
 ſis & appoſitis non contentus in omnib⁹
 ſtuvia, agris, hortis, promptuarijs &
 cellarijs inquiri, quæ guſtui ſuo ſapi-
 ant; ille animadverſione dignus non
 vulgari, qui putans non Monachum, aut
 Religioſum, ſed Salernitanæ ſcholæ pro-
 feſſum & Medicum ſe eſſe, *de omni victūs*
appoſiti qualitate & ratione, dijudicare,
 quodque intolerabile eſt, murmurare
 præſumit dicendo, *legumina ventofa, caſeus*
aut macilentus, aut durus ſtomachum gra-
vat, lac capiti nocet, potum aquæ non ſuſti-
net pectus, caules nutriunt melancholiam, pi-
ſces de ſtagno, aut de lutoſa aqua meæ non
conveniunt complexioni? Panis jam nimis
 niger, jam nimis eſt vetus, jam non ſa-
 tis piſtus? Vinum nunc leve, acetuſum,
 mutatum, permiſtum? pulmentaria ſor-
 dida, inſipida, inſulſa; non pinguedine,
 butyro, pipere, aut aromatibus ſuffici-
 enter condita? ô miſeria! iſtâne eſt
 tua, ô Fili mi, Monastica, vel medica
 profeſſio? vel putas fortatſe, te olim
 de complexionem ſtomachi tui fore judi-
 candum, non verò de profeſſione?
 Mandavi, *delicias non amplecti: jejunium*
amare: deſideria carnis non perficere: non
eſſe vinolentum, non multum edacem; & ſi ti-
bi præſcripta v. g. vini meſura inve-
 niri

Gula ſub
neceſſitatis
pallio.

S. Bern.
ſerm. 30.
in Cant.

Murmura-
tio de qua-
litateſſi-
borum.

C. 4. in-
ſerum. 12.
13. 59. 35.
36.

Regul. c.
40.

Accusabit
S. Fundator
deliciosos.

Sanctorum
victus aspe-
ritas.

niri non posset, sed multò minus, aut et
nihil, benedicas Dominum, & sine
murationibus persistas. Et tu si in
sterio tanquam albæ gallinæ filius
Etari præendas; an in morte de-
sperabis, quin te coram tremendo
dice tanquam proprietarium, super-
bum, deliciosum, inabstemium, iracun-
tum, molestum, murmurolum, in-
tinentem, & novellum paupertatis
varicatorem acculem? Dum, quæ
omnibus mei instituti Ordinis
in numero Sanctis vel olus, vel
mina fuere in cibaria, potumve
pha præbuit, humusque dura lectu-
dum tot delicatissimè in sæculo
ti Imperatores, Reges, Principes (quæ
que sexus personæ) Religiones præ-
si omni ciborum vilitate, & parsimonie
tot innumerabiles in exercitiis
tes solis sæpissime radicibus, allis,
fumo; dū denique tot pauperum
nodochijs & trivijs millia solis vel
lis, vel mucidi panis frustulis
pauperem & affl. Etiam trahunt; &
omnia meliora, & abundantiora habent
etiamnum malè contentus, plura
dinatè concupiscis? & aequè ad cæ-
cælique perrennes delicias cum
aspiras? O tua fatuitas! & mea
ma indignatio, nī ocyùs respiscas.

& talia Sanctissimus tuus, O Religiose, Legifer.

XI. PHILOTH. Ecquid, mi Theophobe, de Ecclesiasticorum divitijs, aut bonis patrimonialibus? Quid de proventibus Ecclesiasticis, eorumque dominij, proprietate & usu decernis, cum prædicta omnia principaliter Regulares præcisè concernere videantur.

THEOPH. Sed neque hîc Scholasticum agere intendo, cum suppetant Theologorum copiosi de hoc themate libri. Cæterùm petitioni tuæ hoc etiam in puncto maximi ponderis, & summe considerabili satisfacere volens, præmittendo, Ecclesiasticos suorum bonorum patrimonialium absolutos esse ad disponendum Dominos, & ex aliquali apparente probabilitate etiam bonorum Ecclesiasticorum, cum suis limitationibus, & secundùm quid duntaxat: nempe Dominos, quoad usum regulatam & conformem ad sacros Canones: & SS. PP. opiniones (uti mox videbitur) Et certè quemadmodum Religiosus in proprietatis, & superfluitatis vitijis offendit, ita non minùs Sacerdos sive per avaritiam, sive prodigalitatem, utrinque impingit. Ad quod notanda sunt duo fundamentalia Canonum documenta. Primum: quia *Clyros græcè, fors latinè*

Clerici sunt bonor patrimonialium Domini. Non verò reddituum Eccles.

Causa 12. q. 1. C. Clericus. tunc appellatur, propterea vocantur Clerici vel quia de sorte sunt Domini, vel quia

minus fors, id est, pars Clericorum est. Quod si ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, &c. si quidpiam aliquid fuerit præter Dominum, pars ejus non

Clericorum fors Deus est.

Dominus. V. g. si aurum, si argentum, si supellectilem; cum istis partibus Dominum fieri pars ejus non dignatur. Secundo

Ib. Cap. Duo.

Duo sunt genera Christianorum, Prælati & Clerici, quod mancipatum divino officio, Clerici &c. hi victu & vestitu contenti sunt, & non habent propriam rem

habere omnia communia. Ecce contra regulam Ecclesiasticorum cum Religiosis

regulam. Ex quibus, & plurimorum Canonum decretis inferunt SS. Patres

(eliguntque sententiam contra permissibilitatem talis dominij, omnes tamen

rati Clerici tanquam securiorem possident, dico, quod beneficium Ecclesiasticum

Sunt solum administratores suorum reddituum. sticum possidens, vel quasi, illius minus non sit, sed solummodo administrator, & usufructuarius, cum obligatione restituendi ex justitia

expensa (à qua Dominus absolutus communis est) ideoque talis beneficium

circa Ecclesiastica bona facile vitare potest Scyllam, vel Charybdim, aut proprietatis, aut profusæ superfluitatis

allidi, & naufragari queat.

XII. Avaritiam inprimis hâc lege

B. Carolus à Sacerdote jubet esse alienam: Avaritiæ quoque notam tanquam statui Ecclesiastico noxiam, & sordidam maculam inurentem, quantum possunt, fugiant, nec lucri cupidi habeantur. En, ipsam sordidam Sacerdotalis dignitatis maculam appellatam. Quid si graviori notetur ab alio censurâ? attende: Quidquid præter necessarium victum, & vestitum de altari retines, tuum non est, quia alijs debitum; rapina est, Sacrilegium est. Quid si talis congerro per eam fur, & latro, dispersor, mactator, & sanguinarius Domini Gregis excoriator efficiatur? Audi Prophetam. Væ Pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus; quasi lupi, rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & avarè ad sectanda lucra. Et quid? si tandem eapropter tremendo illo iudicis fulmine percutiatur: Væ, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? cum consummaveris deprædationem, deprædaberis: pecunia tua tecum sit in perditionem. Quare instanter te admoneo, Venerande Domine, ut non plus pecuniæ, quàm animabus studeas, quia Redemptor noster è Sacerdotis officio non requireret aurum, sed animas.

*In constit.
S. Caro. c.
Regul. 8.
Avaritia
valdè inde-
cens Sacer-
doti.*

*S. Bern.
Ep. 2. ad
Canon.
Lugdun.*

*Ierem. 23.
1. & 22.
27.*

Isa. 33. 14

*Act. Ap.
8. 20. S.
Greg. Ep.
ad Mari-
an. Epis-
cop.*

XIII. Alter scopulus sive Charybdis tantò periculosior, quantò in eum lon-

*Sic & præ-
dialitas.*

longè plures Ecclesiasticorum im-
gunt, est superfluus, nimius, & in-
lis bonorum spiritualium abusus, & in-
sio, & prodigalitas: Væ enim, Abi-

S. Bona-
ventur.

Domine Deus! quanti hodie infelices
cerdotes ad sacros Ordines, & divina
steria accedunt, non Christo servire
corde, & corpore, sed deliciari, diti-
perbire, luxuriari de patrimonio Christo
elemosynis populi quærentes; non vultu
Deo, sed impulsu à diabolo. Pro beatis
& dignitatibus decertantes, ut Ecclesie
redditis in superfluitatis, & vanitatis
impendant.

S. Bern.

PHILOTH. Avaritiam equivo-
cè ac luxum in Dei Sacerdote
approbo: verùm quis interdicit
qui altari in se vit, de altari & vultu

1. Cor. 9.
18.

concedente Doctore Gentium? & quid
dem non nihil splendidiùs, genitum
lautiùs? aut, quid injustum est, si cum
na non rapio, diligentius mea servem
mea, vel amicorum, & consanguineo-
rum aliquando utilitati profutura

S. Amb. in
Luc.

XIV. THEOPH. Duomelle
tores suis aculeis objectiones tuas

S. Bern. in
decl. super
Ecce nos
nos reli-
quimus.

figant. Quid tibi (inquit primus)
piens deliciae sapiunt? quid divitiæ illas
delectant oculos, quibus mercaris tam
judicium, tam duræ temetipsum obliga-
tioni? Conceditur, ut, si altari deserv-

altari vivas ; non autem, ut de altari luxurieris, inebrieris, pergræceris, & de altari superbias. Conceditur, ô Philothee, divitiarum possessio, sed non ab his possideri, at eas possidendo, contemnere, & non sibi, sed alijs possidere. Conceditur divitiarum affluentia, sed ne cor apponatur. Porro cor prohibuit apponere, non manum ; potestis itaque licite bona Ecclesiæ possidere, si tamen eorum vos non reputaveritis Dominos, sed Ministros: ut pauperum necessitatibus erogentur. Conceditur, concedente S. Ambrosio, si aliena non rapis, ut propria conserves ; sed ô imprudens, vel impudens dictum ! propria dicis ? quæ ? ex quibus reconditis in hunc mundum intulisti ? aut quænam nuncupas tua, præter propria patrimonialia ? Vota sunt fidelium, præter peccatorum, patrimonialia pauperum (definit Urbanus Papa) & ideo obligationes vocantur, quia non debent in alijs usibus, quàm Ecclesiasticis, & Christianorum fratrum indigentium converti. Nunquid tua possides ? (eloquitur Os Aureum) Res pauperum tibi sunt creditæ, ut in eleemosynam erogares, non in delicias absumeres. Omnia, quæ habet sacerdos, sunt pauperum, (docet Augustinus) idcirco quod superest : pauperibus dare non differat. Clamant nudi, clamant famelici, (& pro ipsis Bernardus) nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter

sub-

De altari
vivendum
non græ-
candum.
Concil.
Paris. 6.
l. 1. c. 18.
Biblioth.
SS. P. 10.
3. ex Con-
cil. Turon.

S. Amb.
loc. cit. in
Luc.

Beneficio-
rum reddi-
tus sunt bo-
na paupe-
rum.

Hom. 51
ad pop.

S. Aug. in
Ps. 119.

S. Bern.
Ep. 42.

subtrahitur, quod inaniter expenditur
& quidquid accedit vestris vanitatibus

Apud Ca- Denique nostrum est aurum, & argen-
rolum An- tum (clamant & exprobrant pauperes
dr. Bassum tes in piacularibus flammis ardentibus
p. 4. c. 14. quod in arcis vestris reconditis, avaris
sacerdotes, aut dissipatis prodigi, & aliis
ge vobis datum est, ut peccata nostra, &
bita redimatis: quare carnibus nostris
turamini?

Super Ec- XV. Ergo res pauperum, (con-
ce nos. saepe citatus Bernardus) non pauperibus
dare, & quidquid sibi Ministri, & alii

Pauperib. satores, **NON UTI QUAE DOMINUS**
non dare ultra victum, & vestitum accipiunt, pauperibus
quasi Sacri- legij crimen esse dignoscitur. Quapropter
legium est. meant, Clerici, & Ecclesiae Ministri
superflua, quibus egeni sustentantur
rent, vel sibi appropriare, & corrumpere
re per avaritiam, vel in usus vanitates
que profanos dilapidare per prodigiositatem
tatem (ne dicam per hospitiorum & alios
dalosas frequentationes, aliosque in
tos usus) duplici iniquitate se obnoxiosos
gentes, quod & aliena sibi corrumpunt
& sacris ad vanitates abutantur. De
liquo, ut mentem meam explicem, de
Ecclesiasticis bonis in confanguinitate
impensis, vel impendendis. Illud est
mune & gravissimum Ecclesiasticum
penè omnium onus est, & heu!

timis proximæ ruinæ causâ, quod (uti
est apud P. de Ponte)

„Cum Factor rerum privavit semine
Clerum;

„Ad Sathanæ votum successit turba
Nepotum:

Seu, quod Clerici propriâ sobole carentes, ex Dei instituto, ut suo Sathanas voto potiatur, ijdem ordinariè nepotum ceterâ prægraventur, aut aliorum propinquorû molestijs. Quo casu ex Cō-

cil. Trid. sequens *Philoteis* porrigitur instructio: *Ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent: sed si pauperes sunt, ijs ut pauperibus distribuant.* Assentitur melli-

ficus ille Mediolanensis Archiepiscopus: *Est & illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si illos EGERE cognoscas: quemadmodum è contra detestanda crudelitas, vel intra loculos includere salutem inopum consanguineorum, & tanquam in tumulis sepelire vitam pauperum suorum; vel hilce derelictis, in alienos omnia, & maxime in divites, & potentes sæculi, ex splendida prodigalitate profunderè, quod non est nisi in Danaidum dolia aquam comportare. Experieris enim certo certius, te in extrema aliquando necessitate cujusdam malignantis fortunæ, neque calicem aquæ frigidæ à similibus*

Sess. 25 c. 1. de Re-form. Quomodo liceat bonæ Eccles. propinquis dare. S. Amb 1. i offic. cap. 30.

S *ipe*



sperare posse, imò non nisi in
sinu fovisse.

XVI. Ad ultimum memora-
clesiastice, memento Religiose
antiquorum; cogita generationes
gulas tuorum Antecessorum, &

*S. Ioan. Damas in
h'ist. 10-
saph. cap.
12.* cernes eorum vitæ caelestis fastidium
am firmis mentis oculis rerum
& voluptatū inconstantiam reprobam
nem suam fame, siti, ac vigilijs con-

Contemp-
tus divitia-
rum in san-
ctis Presby-
teris, Mar-
ciano, &
Felice No-
lano.

*Polland in
Vit. 10.* Spectate Sacerdotes Dei altissimi
cite à vestro consorte Marciano
bytero utilem divitiarum ac bono-
ulsum & impensam; dum ille pro-
dibus, ac bonorum patrimoniorum
hæredibus egenos adoptavit.

Ian. n. 8. vestro confacerdote & Martyri
Nolano pro illatis temporalium
non contristari, pro recuperandis
litigare: pro residuis vestris, pro
in societate assumere, velut ille
omnibus suis bonis spoliatus, &

*Idem ad
14 Janu.
n. 15.* persecutione, nunquam ablata, in-
nitus, reperijt, sed unico agello
tulo contentus, eorundem fructibus
egenis communes habuit.

XVII. Imitemini denique
conditione vestra, & modulo
num illum & verè per omnia
giosissimum Antistitem CAROLUM
qui rejectis duodecim Abbatibus

*S. Carol.
Borrom. di-
vitiar. con-
emptor.*

que nobilissimis titulis, & officiis (qualia fuere: summi Pœnitentiarii Romæ, Archi-Presbyteri S. MARIÆ MAIORIS, Ducis Auriacensis, Protectoris Portugaliæ, Germaniæ inferioris, diversorum Ordinum, & Congregationum Regularium &c.) Ecclesiasticos quoque redditus ad centies mille annuos coronatos generosissimo non solum contemptu dimisit, unice ad suos, & pauperum usus retentis laboriosissimi Archiepiscopatus Mediolanensis proventibus. Sed & quadraginta aureorum millia ex vendito Britano Principatu persoluta, ne uno quidem die in ædibus asservare, vel retorto contueri oculo dignatus est, quin omnia actutum pauperibus erogari præcepit: lautitias verò, ac rerum superfluitates adeò exosus, ut singulare abstinentiæ prodigium nuncupari queat, illud vobis quàm maximè commendandum subjungens; abstinere se à cibo & potu, non tam temperantiæ virtutis intuitu, quàm ob assequendam, & integre retinendam pastoralium functionum facilitatem.

Largus in
pauperes.

XVIII. Non minùs adeste vos quoque Religiosissimi PP. & alterum Carolum Villariensem Monachum pro

Carolus
Villariensis
asper in visu.

S 2

ex-

exemplo vobis statuere, qui de
 lissima Germanorum pro sapia omni
 cum sapius ab alijs interrogaretur
 modo fabarum jam, atque pilor
 alijsque malè preparatis cibis vit
 leraret in Monasterio, prius omni
 licijs assuetus in mundo; respondi
 piperis grana se omnibus cibis pe
 cere, quibus eos valde saporat
 deret. Primum esse laborem assue
 Alterum longas vigiliis. Tertium
 recogiter, sapidiores cibos in
 paupertatis expectandos non esse.
 imitari studete, observandi sum
 alijs dispensatores frugales, & d
 pro vobis verò modico contenti
 discite, aut pergite, sacram auri
 perfluitatum famem pià fraude tan
 obsonare in via, donec cælestium
 rum affluentijs perfruamini in Pe

MEDITATIO XVII

*De Paupertate Spiritus, seu
 luate ac vitæ estimatione sui
 ejusque conditionibus.*

*Text. Re-
 gul. Prolo-
 gi.*

Timentes Dominum, de bonâ obli-
 tia sua non se reddant elatos,